

Prohemium in marcum

Incipit prohemium in marcum.



Facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Ezech. j. fm q dicitur fuit in principio euagelij fm matheum per quatuor facies quas vidit Ezech. pbeta in animali vno: designantur quatuor euangeliste seu quatuor euangelia ab eis scripta d dno nostro ihu xpo z sicut in facie hominis designat euangelium Mathei: sic in facie

leonis designatur euangelium marci: de quo dicit verbum ppositum: Facies leonis etc. In quo quidem verbo circa marci euangelium posuimus quatuor notare videlicet procedendi modum cum dicit: Facies. speciale subiectum: cum dicitur leonis. ordinem vel situm cum dicit a dextris ipsius. cum alijs certum numerus cum dicit ipsorum quatuor. Circa primum considerandum q licet facies sit brevis pars corporis: tamen in ea continentur omnes sensus: videlicet visus auditus etc. sic in euangelio marci: licet sit breue respectu aliorum: tamen in eo breuiter continentur sententie aliorum trium euangeliorum: fm q dicit Greg. sup Ezech. Si queras qd marcus de incarnatione domini senserit: hoc nimirum q matheus lucas z iohannes. z ideo talis modus procedendi in quo sub quodam spendio continentur aliorum sententie oportenter per faciem designantur. de quo potest accipi illud quod dicitur heber. xv. Facies tua plena gratiarum. quia modus procedendi ipsius sancti marci euangeliste licet sit brevis vt dictum est: tamen plenus est sententiarum gratiosarum: z sic patet primum. Circa secundum considerandum q licet marcus de omnibus xpi factis scribat sicut z alij tamen specialiter versatur z immoratur circa resurrectionem z regnum xpi qd affectus est in sua benedicta resurrectione: fm q dicit apostolis immediante post resurrectionem suam math. vii. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra. quod quidem regnum per leonem puenienter designatur: q est rex animalium: vt dicit Psal. li. cty. xij. et ideo speciale subiectum circa quod specialiter immoratur Nazari euangelium designatur in nomine leonis: z hoc propter tria que in resurrectione xpi reperiuntur z proprietatibus leonis assimilatur. primum est resurrectionis efficiens principium qd in alijs hominibus est extrinsecum: sed in xpo fuit intrinsecum: fm q ipse dicit Iohannis. x. Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. qz propria virtute resurrexit: z simile huius in proprietate leonis reperitur: domit enim oculis apertis: fm q dicit ysa. vbi supra: Licet autem caro christi in sepulchro dormi erat per veram mortem z anime separationem: tamen diuinitas vtriqz coniuncta vigilabat fm q dicit Cant. v. Ego dormio z cor meum vigilat. et virtute huius deitatis sic vigilans surrexit a somno mortis. vnde potest ponere de eo quod dicitur Psal. iij. Ascendit leo de cubili suo: quia xpc qui est leo de tribu iuda de sepulchro ascendit virtute propria. secundo assimilatur leoni propter tempus et modum: quia resurrectio christi facta est post triduum: quod tamen accipitur per synodoche: ita similiter leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire fm Psal. xij. vbi supra: z postea fremitu et rugitu patris excitatur: sic christus post triduum dormitionis in sepulchro virtute dei patris fuit excitatus a mortis somno fm q dicitur Act. iij. Nunc deus suscitauit a mortuis etc. z ideo de hoc potest exponi illud Genesis. xlv. Catulus leonis iuda. z subditur: Requiescens accubisti vt leo. scilicet in sepulchro z subditur: Quis suscitauit eum. scilicet de somno mortis post triduum: ad quod potest responderi: deus pater: vt patet et predictis. Nec istud dictum contrariatur ei quod premisum est. scilicet q christus resurrexit virtute propria: quia z eadem simpliciter est potestas patris z filij. tercio ad

similatur resurrectio leoni. ppter affectum imperij: qd licet christus ante resurrectionem suam humilis et abiectus apperuerit tamen in resurrectione dominium obtinuit fm q dicit apostolus ad Phil. ij. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqz ad mortem: mortem autem crucis: propter quod z deus exaltauit illum z donauit illi nomen quod est sup omne nomen: vt in nomine ihu omne genu flectatur celestium terrestrium z inferorum etc. z in leone inuenitur huiusmodi similitudo in qntum est rex animalium vt predictum est: et ideo nomen leonis dicitur a leone grece quod significat regem latine: z de hoc dicit apostolus. v. Ecce vicit leo de tribu iuda. quia per suam benedictam passionem z resurrectionem subiecit sibi omne creaturam z sic p se etc. Tercio in verbo passumpto notatur huius euangelij situs vel ordo: cum dicitur A dextris. In illa enim visione imaginaria Ezechielij. pbeta ostensa sic apparebat animal habens quatuor facies: q facies hominis erat in directo aspectu prophete: facies autem leonis in dextera parte: z bouis in sinistra: et ideo sicut euangelium mathei. quod designatur per faciem hominis ponitur primum: ita euangelium marci rationabiliter ponitur secundum: quia dextera pars prior est sinistra: z de hoc potest exponi quod dicitur Deut. xxiij. In dextera eius ignea lex. i. lex euangelica a marco descripta: que dicitur ignea quia accendit animos fidelium ad amorem celestium in qntum describit resurrectionem xpi: per quam introducimur ad celestia: dicitur tunc saluator noster deuicta morte eternitatis nobis adiutus referauit: sicut dicitur in collecta pasche: z in signis huius angelus resurrectionis christi nuncius qui per benedictionem vitas eius nunciare venerat recte: in dextera sedebat fm q dicit beatus greg. Omel. xij. z sic patet terciu. quia to in verbo passumpto describitur numerus determinatus euangeliorum: cum dicitur Ipsorum quatuor. Circa qd considerandum q licet plura euangelia z a pluribus fuerint scripta: quatuor tamen fm sunt approbata: fm quod dicitur in prologo super matheum: z hoc propter figuram sacramenti: quia iste quaternarius numerus multipliciter fuit in lege figuratus. primo in quatuor fluminibus de paradiso exeuntibus Gen. ij. Ites in quatuor patriarchis principalibus a quibus denominata est cariatbarbe. i. ciuitas quatuor: Gen. xxiij. quia quatuor principales patriarche sunt ibi sepulti cum suis vxoribus. tercio in quatuor circulis arce testamenti: Ero. xv. quarto in quatuor pedibus mensis propositionis ibidem. quinto in quatuor cornibus altaris holocaustorum: Ero. xxvij. sexto in quatuor ordinibus lapidum rationalis: Ero. xxvij. septimo in quatuor deambulatorijs domus salomonis. iij. regum. viij. octauo in quatuor ventis motuos viuificantibus: Ezech. xxxvij. nono in quatuor minimis terre prece teris tamen sapientibus Prover. xxx. decimo in quatuor viris in fornace deus laudantibus: Dan. ij. vndecimo in quatuor fabris cornua heresum deiciantibus: Zachar. j. duodecimo in quatuor quadrigis per orbem discurrentibus: Zach. vj. tercio decimo in quatuor animalibus oculatis ante et retro: Apoca. iij. de quibus ibidem subditur q requiem non habent die ac nocte dicentia: Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens: cui est honor z gloria in secula seculorum Amen.

Sequitur prologus in Marcum.